



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An Confirmatus oleo infirmorum debeat iterum confirmari Chrismate. 74.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

De Sacramento Confirmationis.

CONFIDENTIA. XXXIII.

74. **V**Nus aliquis vult Ordinari in clericum quem dùm Episcopus interrogat, an confirmatus. R. Se quidem confirmatum, non nisi oleo Infirmorum, eò quod non adfuerit Chrisma: est nè ergò iterum confirmandus?

RESOLUTIO: est affirmativa: Ratio est manifesta; quia ubi in Sacramentis non adhibetur materia essentialis, ibi non stat ratio Sacramenti, adeoque reperenda: sed oleum infirmorum non est materia essentialis Sacramenti confirmationis: igitur &c. Prob. Nam, concil. Flor. in litt. Un. pro materia huius Sacramenti statuit Chrisma confectum ex oleo & Balsamo: sed oleum infirmorum non est Chrisma confectum ex oleo & balsamo, ut patet, igitur &c. Deindè Conc. non dicit oleum esse materiam huius Sacramenti, cuius aliquid Balsami admisceri debeat; sicuti loquitur de materia Eucharistia dicens, illam esse vinum de vite, cui ante consecrationem modicissima aqua admiscenda est, sed dicit esse Chrisma ex oleo & Balsamo confectum, quare loquutio æqualiter oleum & Balsamum ad hoc Sacramentum, requirit.